



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvit̃s, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

281. Feria 2. De Longanimatate.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

498 *Dominica 16. post Pentecost.*

lenta, quæ ad salutem distribuimus, avarè
retinemus. 4. Exemplum Christi, qui ut fuit
nostri amantissimus, sic erat liberalissimus;
quia liberalitas est filia charitatis.

Conf. 3. *Actiones.* 1. Libenter pecunias &
bona temporalia in suum & proximi com-
modum, Deique honorem impendere. 2d
Quæ ad usum cõcessa, sine tardio alijs com-
modare. 3. Bona altiora, doctrinam, consi-
lium, & exemplum dispertire, & talentis sibi
datis uti in bonum proximi. 4. Absentibus
& ignorantibus subsidia temporalia admi-
nistrare. 5. Tempus vanis occupationibus
præreptum bono plurimorum offerre, &
diem illum, quo non fuimus utiles Ecclesiæ,
aut proximis, malè insumptum putare. 6.
Non ita temporalia profunderè, ut insipienter
insumantur, nec ita spiritualibus talentis
velle prodesse, ut nostra perfectio attenuetur.
Petam liberalitatem Domini **JESU**
Evcharistici imitari, qui non cessat se totum
ibidem nobis communicare.

MEDITATIO CCLXXXI.

Seria 2. *Domin.* 16. *post Pentecost.*

De Longanimitate.

Videbo Longanimitatem in **D. JESU**,
quæ Apostolos valde defectuosos susti-
nebat, & perficiebat, **LUC. 21. JOHAN. 13. &c.**
Petam eum imitari, *Conf.*

Feria 2. Domin. 16. post Pentecost. 499

Conf. 1. Longanimitas est diuturna patientia longo tempore mala sustinens, & eorum remedium diu dilatatum a quo animo, ac firma spe in Domino expectans.

Conf. 2. Incitamenta. 1. Bona maxima non sunt brevi labore, aut dolore comparanda. *Expecta Dominum, viriliter age, &c.* 2. Salvator nos longo tempore inobedientes expectat, & ingritudinem nostram longanimitate tolerat: *Quousque inquit, vos patiar? Quare vilis homuncio Dominum suum non expectet? Tolle longanimitatem bellatori, & illico timore correptus terga vertet.*

Conf. 3. Actiones ejus. 1. Quævis mala longo tempore usque ad mortem sine impatientia tolerare. 2. Mentis ariditates, & divinarum solationum subtractiones, & Dominum quasi in calamitatibus nostris dormientem devote sustinere. 3. propter hæc & alia terribilia, quibus viri spirituales a Domino probantur, nunquam externa solatia querere, nec a studio sanctæ operationis cessare. 4. Mentem Jobi in quacunque gratiæ subtractione induere. Qui dicebat: *Etiamsi occiderit me, in ipso sperabo*

MEDITATIO CCLXXXII.

Feria 3. Domini. 16. post Pentecost.

De Maceracione.

Aspiciam